Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Julep tempore estiuo

atque faciei rubedine, et bene est inspiciendum, quoniam est error magnus, eam facere ubi non oportet, quod debilitatur multum virtus. et in vide canone Avicenne tertia p. 2e. Caue ne egrum ad unam duarum perducas rerum. aut humorum coleritorum ebulitione aut flegmaticorum incrudatione ¶ Julep bonum, quo unusquisque uti debet temporibus calidis. Nam defendit utentem a pestilentia estiua, et inuasos cum auxilio ihesu benedicti curat / Cuius assignatio est hec Rx lactuce endiuie scariole acetose boraginis buglosse ana m. 1. ℥. portulace endiuie et acetose. et ℥. citri mundati ana ʒ. 1 rosarum rubearum violarum florum nenufare, florum boraginis et buglosse ana ʒ. iiij florum rosmarini ʒ. ij infundatur in aqua que sit ℔. iij. et dimittatur sic duobus diebus, deinde omnia simul cum ipsa aqua ponatur in allembico et distilletur, et postea ad omne lb. illius aque distillate ponatur ℔. ij zuccari albi et ʒ. 1 aceti acutissimi Et fiat Julep., et accipe de puluere sandalorum rosarum spodij et triti bene ligati in pano seu pecia que sepe in decoctione comprimatur Et in fine decoctionis